



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117921

§. 2. Joannis X. mors. Leo VI. & Stephanus VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66313)

§. II.

Sæculum X.
A. C. 926.*Joannis X. Mors. Leo VI. & Stephanus VIII.*

His Legatis & Abbone Episcopo Romæ commorantibus, rerum vieiffitudo novum Regem Italiæ dedit. Namque Itali Rudolpho Rege Burgundiæ, postquam duobus annis in Italia imperasset, ejecto, Hugonem, Comitem Arelatensem, Comitis Theobaldi & Bertæ, ex Rege Lothario, atque Waldrada genitæ, filium anno nongentesimo vigesimo sexto advocarunt. Hugo itinere maritimo in Italiam delatus Pisam pervenit, ubi a Legatis Joannis Papæ, & plerisque Principibus exceptus, & ad capeffendum Italiæ Regnum invitatus, postea Ticini communi omnium consensu Rex proclamatur. Haud diu post Joannes Papa, profectio ad eum, Mantuæ commorantem, suscepta, fœdera cum ipso iniit. Hugo annis viginti regnavit in Italia, vir fortis, callidus, munificus, Litterarum & Religionis Defensor, sed feminarum illecebris captus & fœdis voluptatibus immerfus.

Frod. Chr.

926.

Sup. l. LIV.

§. 58.

Luitpr. III.

c. 4.

Hugonis potestas haud multum extra Longobardiam extendebatur, nec ipse Romæ Dominus, sed Guido, frater ipsius uterinus, erat. Nam Berta Hugonis mater secundis nuptiis Adalber-

N 4

to

Sæculum X.
A. C. 929. to Tusciæ Marchioni juncta hunc filium Guidonem genuerat, qui Patri successerat. Itaque Guido Romæ imperans cum Marozia, quam uxorem accipere non puduit, patris sui pellicem (nam ea ex complexu meretricio Adalberti filium, nomine Adalbericum (*), pepererat) eadem impellente Joanni Papæ perniciem machinatus est. Simultatis & invidiæ causa fuit, quod nimia ipsis videretur potestas, quam Pontifex Petro fratri suo in rebus gerendis indulgebat. Quadam igitur die, cum Papa cum Petro & paucis aliis in Lateranensi Palatio esset, Marozia & Guidonis milites irruunt, Petrum ante Papæ oculos interficiunt, ipsum vero correptum in carcerem detrudunt, ubi post aliquod temporis spatium extinctus est anno nongentesimo vigesimo nono; postquam Sacram Sedem paulo plus annis quatuordecim tenuisset. Cervicali super vultum osque imposito, vi suffocatus fuisse dicitur. (**). Joannis Successor fuit Leo VI. quo,

Luitpr. III.
c. 12.

Frod. Chr.
an. 928.


(*) Obscura hæc Genealogia sequente Tabella illustratur.

(**) De Joanne X. Palatius: *Sic dignum exordio finem accepit inuasor - - - ut qui per impudicam feminam Sacrosanctam Sedem violentus arripuit, æque per filiam impudicæ impudicam*

Lotharius Rex, Waldrada pellex.

Berta. Maritus I. Theobaldus Com. Arclat.	Mar. 2. Adalbertus Marchio Thufciae.	Adalberti pellex Marozia.	Eadem Marozia Sergii III. pellex.
Hugo Rex Longobardiar. Marozia uxor.	Guido, cujus uxor Marozia.	Albericus.	Joannes XI.
		Ogavianus. seu Joannes XII.	Marozie Maritus 2. Hugo Rex Longob.

c. fi.
suc.
mpe.
acci.
cem
adal.
(*),
i Pa.
tatis
ipfis
Pe.
lge.
cum
Pa.
lites
s in.
car.
em.
gen.
am
cim
os.
dici.
VI.
quo,
—
Ta.
num
i per
vio.
im.
icam



quo, (*) postquam sedisset mensibus se- Sæculum X.
A. C. 929.
ptem & diebus quinque, defuncto, sus-
fectus est Stephanus VIII. qui S. Petri
Cathedram annis duobus tenuit.

§. III.

Benno Episcopus Metensis.

Inter hæc Wigerico Episcopo Metensi
anno nongentesimo vigesimo septimo
fatis

*puđicam ejicitur, & vita privatur. Antonius Pagi ad annum 928. Principem (Joannem X. Papam) inquit Rubeus l. 5. hist. Ravenn. si vel Sacrosanctam Summæ Dignitatis Majestatem, vel ejus præclare acta, omni Italice hoc tempore admodum salutaria spectemus, hoc nequaquam exitu dignum: sed quem femine studium extulit, odium femine abstulit. Cardinalis Baron. ad ann. 912. cum Joannes X. intruderetur: Quæ tunc facies S. Ecclesiæ Romanæ? quam foedissima, cum Romæ dominarentur potentissimæ æque ac inquinatissimæ meretrices? ---- dormiebat tunc plane alto ut apparet sopore Christus in navi, cum hisce flantibus validis ventis navis ipsa fluctibus operiretur. &c. ** * Matth. 8.

(*) Vehementi suspicioni locus est, optimum Pontificem occultis Marozie artibus fuisse e medio sublatum, quod non nulli Scriptores * * P. Edm.
Poch. affirmant. Quandoquidem hæc furia quieti caput prius non dedit, quam prolem suam spuriam cum Sergio Papa sacrilege genitam in throno papali collocasset.